

bę descendentium gaudentes laudare dm̄
uoce magna · super omnibus quas uiderant
uirtutibus dicentes · Benedictus qui uenit
rex innomine dn̄i · pax incęlo & gloria in
excelsis ·

Lv. ccxxxv. v Mt. ccxiii. Et quidam pharisęorum deturbis · dixerunt
ad illum · Magister · increpa discipulos tuos ·
Quibus ipse dixit · Dico uobis · quia si hi
tacuerint · lapides clamabunt ·

Lv. ccxxxvi. x Sol Et ut adpropinquauit · uidens ciuitatem
fleuit super illam dicens · Quia si cogno
uisses & tu · Et quidem in hac die tua quę
ad pacem tibi · nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis · Quia uenient dies
in te · et circumdabunt te inimici tui ual
lo · & circumdabunt & coangustabunt te
undiq, & ad terram prosternent te · et
filios tuos qui in te sunt ·

Lv. ccxxxvii. u Mt. ccxlii. Mr. cxxxvii. Et non relinquent in te lapidem super la
pidem · eo quod non cognoueris tempus
uisitationis tuę ·

Lv. ccxxxviii. l Mt. ccxi Mr. cxxi. Io. xxi. Et ingressus in templum · coepit eicere uen
dentes in illo & ementes · dicens illis · Scrip
tum est · quia domus mea domus orati
onis est · Uos autem · fecistis illam spe
luncam latronum ·

Lv. ccxxxviiii. l. Mt. ccxx. Mr. cxxii Io. lxxxv. Et erat docens cottidie in templo · Prin
cipes autem sacerdotum & scribę · et prin
cipes plebis quęrebant illum perdere ·
et non inueniebant quid facerent illi ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol44/0230